

PSALMI DAVIDICI SEPTUAGINTA QVINQUE, IN LYRICOS VERSVS, SERVATA ECCLESIASTICAE VER-

*sionis ueritate & Hebraeorum uarietate, redacti:*

*Authore Ioanne Galeo Parisino Theologo, Parisiensis ecclesiae atq; Academiae Cancellario.*

NET CERATAS

NON SATIS VNA TE.



ANCHORA PUPPIS.

*In geminam anchoram.*

*Fundabat satis Aonias una anchora puppes,  
Dum tantum Ausonijs misa nataret aquis.  
Nunc quum Palladiae sulcant maria omnia naues,  
Visa q una parum est anchora, facta duplex.*

*Lutetia Parisiorum cum privilegio ad sexennium, per Nicolaum  
Diuitem uia sacerdotum, ad diuæ Genouefes, sub insigni  
geminæ anchoræ.*

1547.



Nicolaus Diues bibliopola Lectori S:

H Abes tandem Lector optime Domini Ioannis Gaignei  
in septuaginta quinque psalmos odas diu desideratas, quot  
olim illi per aulicos tumultus edere licuit. Nunc enim plus-  
culum otij nactus, si tibi non displicere intellexerit institutum suum, per-  
get in reliquos psalmos. Illi autem uni acceptum ferre debes quod aut mor-  
tui, aut diu in Italia latitantes Aldini typi in Gallijs reuixerint. Nam  
hosce typos proximè Aldinos referentes impensis suis sculptos per me  
in publicum studiosorum gratia exire uoluit, amplamque bonorum tibi  
librorum supellectilem tum parturit, tum à uiris exceptos doctissimis  
tibi parat his nostris typis propediem excudendos. Nam illo authore  
non post multos dies è nostra officina prodibunt noua in quatuor euā-  
gelistas et apostolorum acta scholia, cum scholijs in Paulum et Ca-  
nonicas epistolas et Apocalypsin, multo quàm antea auctioribus. Ex alie-  
nis autem scriptis iam sunt sub incide Cardinalis Contareni Veneti  
summi philosophi, de Elementis et eorum mixtione libri quatuor:  
quos proximè sequentur libri Priorum Posteriorumque analyticorum  
Aristotelis, à Ioachimo Perionio uiro doctissimo Latinitate donati.  
Totum enim se bonis libris euulgandis dedit, siue quos ex uetustis  
librarijs eruit atque ab amicis accepit, seu quos in dies in sacra ipse Bi-  
blia meditatur: tantum illi bene precare, deumque obtestare, ut diu tibi  
nobisque superstitem illum incolumemque seruet.

Ioannes Auratus Lectori.

Quis nouus hic fidicen? quis nuper Horatius alter  
Contulit in Latios sacra, Deumque modos?  
Non Helicon huus, laticis non unda profani,  
Sed pia celestis fluxit in ora liquor.  
Cedite iam uates, quibus unum opus improba morum  
Argumenta suis personasse lyris.  
Cedite, qui linguam polientes, pectora cæno  
Colliditis: tanti non placet apta loqui.  
Cedat et eloquium, morum quod labe paratur:  
Hic pueris mores format, hic eloquium.

ODAE DAVIDICAE IUXTA HEBRAICAM potissimum ueritatem uersibus lyricis Latina facta, per Ioannem Ganeium Parisinum Theologum, Christianiss. Francorum Regis primum Eleemosynarium, & ecclesiae atque academiae Parisiensis Cancellarium.

ARGUMENTVM PSALMI PRIMI.

Psalmo primo qui ἀνεὺς ὑπερφος est ac titulo caret, docetur nō esse inuendum cū improbis & impiis commercium, sed in lege domini diuinisque scripturis pijs omnibus inuigilandum: quos sua praemia, sicut & impios sua manent supplicia. Appositus est psalmus ad excitandos ad sacrarum litterarum lectionem fideles.

Primus psalmus. O de monocolos, constans iambico trimetro.

Ter beatum, tēque foelicem uirum,  
Qui non adhaesit impiorum consilijs,  
Nec cū improbis sese in uiam dedit: neque

a Beatus uir qui nō abiit in consilio impiorum, & in uia peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit.

b Heb. legunt derisorem.

Si forte in illos incidit, diutius  
Permansit, at pedem cito inde rettulit:  
Multò minus uerò locum elegit sibi  
In pestilentium cathedra, intēque eos  
Qui nec Deum agnoscunt suum, & ludibrio  
Contemptuque habent uiros omnes bonos.  
c Quanquam nec ulli existimandum sit satis  
Deflectere à malo, pietatem nī colat:  
Beatus ergo est à uitjs qui se integrum  
Purumque seruat, inque meditandis Dei  
Noctes diēsque legibus sese occupat,  
Et institutis paret eius optimis.

a Sed in lege Domini uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.

d Hunc in modum qui se geret, ac uitam suam  
Suosque mores normam ad istam diriget.

b Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursum aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suum.

Et omnia cornua  
peccatorum confin-  
gam, et exaltabuntur  
cornua iusti.

Et frangam simul omnium impiorum  
Vel dirissima cornua. et piorum  
Vires cornuâq; erigam, atq; sursum  
Exaltabo, mihi perenne ut uni  
Vendicem semel asseramq; regnum.

FINIS,

Errata.

Folio. 25. pag. 2. versu 4. etiam, lege et tam. fol. 27. pag. 2. uer. 4. blahemia, lege blasphemâ.  
fo. 28. pa. 2. uer. 25. ut etiam, lege ut te etiam. fo. 30. p. 1. uer. 19. Illa in tua, lege in illustri tua.  
fo. 33. pa. 1. uer. 20. Hostium, lege in hostium. fo. 34. pa. 2. uer. 11. de sua, lege de sua. fo. 35. p. 2.  
uers. ultimo, aliquid, lege aliquod. fo. 36. p. 2. uers. 26. cero, lege certo. Ibidem in margine inte-  
riore. sole, lege soli. fo. 37. pa. 1. uers. ultimo, religiosus, lege religiosus. fo. 38. pa. 1. uer. 3. con-  
spurcans, lege conspurcant. Ibidem uer. 20. meos, lege meos. fo. 39. pa. 2. uer. 25. quietem, le-  
ge quietam. fo. 40. p. 2. uer. 30. mutabit, lege mutabit. fo. 46. p. 2. uers. 1. delicias, lege lautitias.  
fo. 56. pa. 2. uer. 28. afferte eia, lege eia age. fo. 57. pa. 2. uer. 2. ueluti in, dele in. Ibidem uer.  
3. morem, lege instar. fo. 71. pa. 2. uers. 1. ut incessum, lege at incassum. fo. 89. pa. 1. uers. 3. ieiu-  
niisque, lege ieiunisque. fo. 96. pa. 2. uer. 2. aggregat, lege aggregabat. fo. 105. pa. 2. uer. 28.  
penitus, lege penitas. fo. 115. pag. 1. uers. 3. Quumq; , lege quamque. fo. 129. pag. 2. uers. 29.  
Agunt, lege. agant. fo. 131. pag. 2. uer. 2. illum, lege hunc. fo. 142. pa. 1. uer. 22. multus, lege mul-  
tas. Ibidem uer. 28. uiuant, lege uiuent.